Quomõ in noſtris petitionibꝰ: pſalmis

Hugo de ſancto victore libro de virtute orandi.

Quoſdam vero mouere ſolet
ꝙ in orationibꝰ noſtris cum
deum/ſiue pro noſtra ſalute:
ſiue pro aliorum ſalute petere volu/
mus: illos etiã nõnunq̃ꝫ pſalmos qui
petitionis verba non habent · vel ad
petitionẽ noſtram non pertinent de/
cantare ſolemus: ⁊ de alijs ſcripturis
etiam quas in orationibꝰ frequẽtamꝰ
ſimilem abſurditatem producũt. cum
huiuſmodi ſunt: vt vel formam orãdi
non habent: vel illi quã nos agimus
cauſe non concordant. Quid enĩ aũt
prodeſt illa in oratione verba dicere
quibꝰ inuenimur/ vel nihil/ vel aliud
q̃ꝫ neceſſe eſt a deo poſtulare? Non
orat: ſed ſubſannat potius ⁊ ad iracũ
diam prouocat deũ: qui cum ante con
ſpectum eiꝰ poſtulaturꝰ venerit: ſubi
to ſe ad alia que nihil ad rem ꝑtinere
videntur replicanda cõuertit. Ecce
enĩ inquiũt deũ pro indulgentia pctõ
rum noſtrorũ deprecari volumus. qd
nobis ad hoc prodeſt. ſi vel quare fre/
muerũt gentes: vel: Attendite popu
le meus: vel aliuꝫ huiuſmodi pſalmũ
decantamus? Nõne ridiculum eſt vt
talia cantantes orare nos credamus?
Iſtud fortaſſe aliqui dicant et exiſti
ment nihil vtilitatis eſſe quotiens ta
lia noſtris orationibus admiſcemus:
Unde aduertendum qd hoc intereſt
qñ oramus hominem. ⁊ quando ora/
mus deum. Nam cum homo noſtraꝫ
neceſſitatem ſcire non poteſt: niſi ab
alio doctus fuerit. Deꝰ aũt ſcit anteq̃ꝫ
petatur quid nobis neceſſe ſit. Homo
igitur qui rogatur ꝑ noſtrã narratio/
nem edocetur vt ſciat quid volumꝰ: ⁊
ꝑ ſupplicationẽ nrãꝫ pulſat vt ãnuat
qd petimus. Sed in illa que ad deuꝫ
fit oõne narratio neceſſaria non eſt:
niſi homo forte ad hoc narret vt ipſe
petitionem ſuam melius intelligat. vt
et per narrationẽ ſuã ãmonitus quid
petat conſideret: et per conſideratio/
nem petitionis ſue excitatus deuotiꝰ
oret. Hanc quãtum ad deuꝫ ꝑtinet ſo
la ſupplicatio ſufficit. quia vt diximus
deus non habet neceſſe doceri vt ſci/
at: ſed ſupplicandus eſt vt annuat. ſed
nullo alio modo citius deus ad ãnu/
endum flectitur. q̃ꝫ ſi precantis animꝰ
toto deuotionis affectu ad ipſum cõ
uertat. Quecunq̃ꝫ ergo ſunt vba orã
tis: abſurda non ſunt. ſi tm̃modo cõ/
petenter ad hoc proferri poſſint: vt
vel orantis affectum ad amorem dei
excitent: vel qd amplius eſt. ſi iam amo
re eius flagret excitatum demonſtrẽt.
Demonſtrent aũt non vt deuꝫ occul
ta noſtra quaſi neſcientem doceant: ſꝫ
vt nos dum internũ noſtrum deſide/
rium foris loquimur: ex ipſis noſtris
verbis amplius ad amorem inflãme/
mur. Sola igitur cordis deuotio q̃n/
tum ad deum ſufficere poterat. niſi ad
hoc in voce etiam formaretur oratio.
vt mentem orantis ad maiorem deuo
tionem accendat. Nam ſicut diximꝰ.
ſi petitioni inſerta narratio eſt nõ de
us docetur: ſed orans ãmonet cõſide/
rare quid petat vt deuotiꝰ oret. Ne/
quaq̃ꝫ igitur vel illa ab orationibꝰ no
ſtris verba excludere debemus: quia
etſi modum petitionis noſtre non ex/
plicant: vtiliꝰ tamen affectum animi
ad amorem dei ⁊ deuotiõem pietatis
inflãmant. Sed quia diuerſis modis
humanus affectus ad amorem dei ꝓ/
uocatur: libet nũc ipſos ſigillatim mo
dos diſtinguere. ⁊ diſtinctos ꝑ exem/
pla demonſtrare. Sed ſciendũ priꝰ ꝙ
fere omne hoc genus orandi qd qui
buſdam prorſus ab orationis vſu ex/
cludendum videtur ad captionem ꝑ/
tinet. In captione autem beniuolẽtia

auditoris ꝑparatur.qđ tribus modis
ſit. Siue quãdo aliqđ in laudem eius
dicimus: ſiue qñdo aliquid de noſtra
miſeria ꝑmemoramus: vel etiã qñdo
aliquid qđ ad depreſſionem aduerſari
orum noſtrorum ſpectat in medium
adducimus. Dicamus igitur omnes
illas ſcripturas quas quorundã opi/
nio ad orationis vſum non eſſe aſſu/
mendas exiſtimat: idcirco vtiliter de/
bere et conuenienter poſſe inter vo/
ta precum noſtrarum ab orantibꝰ re/
citari. quia et in nobis affectum pie
deuotionis excitãt.et cor noſtruʒ vel
narrando laudem dei ad eius amoreʒ
prouocant: vel noſtram miſeriam cõ/
memorando ante conſpectuʒ dei nos
humiliant: vel maliciam aduerſario/
rum noſtrorum exaggregando ⁊ no/
bis ſolicitudinem ⁊ fiduciaʒ corã ipo
ampliorem preſtant. Laudem dei in
potentia ⁊ benignitate eius cognoſci
mus/noſtrã miſeriam in hoc ꝙ fragi
les et peccatores ſumꝰ/maliciã aduer
ſariorũ noſtroꝝ deprimendo: ꝙ ad di
ripiendũ ſunt aſtuti.⁊ ad opprimẽduʒ
impij: Siue igit̃ laudem dei in boni/
tate eiꝰ ⁊ potentia: ſiue miſeriam no/
ſtram in infirmitate et culpa noſtra: ſi
ue maliciam aduerſariorum noſtrorũ
in tyrannide eorum et aſtutia ad exer
citationem mentis.et augmentum bo
ne deuotionis orantes ꝑmemoremus
nihil ineptum facimus: et per piũ af
fectum quem ipſa in nobis verba ex/
citant vbiqꝫ orantes ſumus. Ut enĩ
breuiter cuncta complectar. quotienſ
cunqꝫ laudem dei narramus: quecũqꝫ
ſint verba quãtuncunqꝫ prolixa: qđ
in his omnibus intus cor noſtruʒ di
cit niſi vnum hoc loquitur ꝙ eũ am
mirans amat/et amando ãmiratur.
Similiter qñ de noſtra miſeria corã
eo orantes agimus: quecũqꝫ ſint ver/
ba quantuncũqꝫ prolixa: quid in his
orãtiõibus cor noſtrum dicit niſi hoc
vnum.ꝙ confitemur nos miſericordi
am eius querere: et in eo omnem fidu
ciam noſtraʒ collocare. Que deuotio
quantum humilitati eſt proxima: tan/
to magis deo accepta. ¶ Item cum
maliciam aduerſariorum noſtrorum
tam ſpiritualium ꝗ corporaliũ in ora
tionibus noſtris coram deo accuſamꝰ.
qualiacunqꝫ ſint verba. quantuncũqꝫ
prolixa: quid tamẽ aliud per hec om
nia. ꝗ iuſtum iudicium dei ad noſtrã
liberationem expoſcimus. vt eripiat
nos ab his quorum tyrannide multe
opprimimur: et malicia iuſte aduerſa/
mur. Et quia vltioneʒ de inimicis no
ſtris.et iudicium cauſe noſtre diuino
iudicio libenter relinquimus: quid eſt
ꝙ pro hac deuotione et humilitate iu
ſte a deo impetrare nõ đbeamꝰ. Unꝰ
quiſqꝫ ergo cum in oratione.vel pſal
mos.vel alias quaſcunqꝫ ſcripturas
decantat: diligenter conſideret cui af/
fectui ſeruiant: et ad illum affectuʒ to
to niſu cor ſuum excitet. ad quem id
quod loquitur magis ꝑtinere videt.
quia ſi verborum que loquitur affe/
ctum habuerit per affectum ipſuʒ me
lius verborum virtutem cognoſcet ⁊
intelligentiam capiet. ⁊ per verboruʒ
intelligentiam in maiorem deuotiõeʒ
affectumqꝫ accendet. Et infra. Forte
cogitare cepi quanta ſit felicitas cum
deo eſſe: item quãta ſit miſeria in hoc
ſeculo viuere: quanta demum calami/
tas ſemper cruciari in inferno. Et ex
hac meditatione mea ſubito amore ce
leſtis patrie attrectatꝰ ipſo affectu du
cente in hec verba decurro. Beatus
vir q̃ non abijt in cõſilio impiorum. ⁊
in via pctõꝝ nõ ſtetit. Cuius pſalmi
totã ſeriẽ ſi ſm intimũ compunctio/
nis ſenſum inqrimꝰ: qđ aliud niſi hec
vbiqꝫ dicẽtẽ ĩuenimꝰ. Felices q̃ nũqꝫ
a deo receſſerũt: ⁊ ĩfelices ac miſeri q̃

ſe ab illo elongauerit. Item cogitaui mecum quanta eſſet potentia dei. ac deinde admirari cepi veſaniam hominũ qui mortales ſunt: et tamẽ voluntati eius obuiare non ꝑtimeſcũt. Ex hac itaqꝫ admiratõe cõpulſus ſum exclamare ꝛ dicẽ. Quare fremuerũt gẽtes: et populi meditati ſunt inania? Et eſt admiratio mixta indignationi qua veſaniam admiramur: preſumptioni indignamur. Item in anguſtiis conſtitutus. quantum eniꝫ ſemper in dei miſericordia confidebam: cogitare incipio. quia cum quodammodo me ab eo video derelictum. ex affectu doloris in hec verba prorumpo. Domine quid multiplicati ſunt qui tribulant me: multi inſurgũt aduerſum me Item ex affectu dilectionis canitur pſalmus. Diligam te domie fortitudo mea. Ex affectu timoris. Domine ne in furore tuo arguas me. Hoc aũt qualiť per ſingulos pſalmos cognoſci poſſit. explanare prolixioris operis expetit tractatum

Pſalmꝰ primus

Beatꝰ vir qui non abijt i cõſilio impiorum ꝛ i via peccatorum non ſtetit: et in cathedra peſtilentie non ſedit: Sed in lege domini voluntas eiꝰ meditabit ꝛc. Hiero. Pſalterium eſt quaſi magna domus que habet plures cubiculos ſeu cellas: et vnaqueqꝫ cella habꝫ ſuam clauiculam. Porta vero huius magne domus eſt pſalmꝰ preſens cuius clauis eſt ſpiritusſanctus. Reliqꝫ vero pſalmi quaſi ſingule celle ſũt habentes proprias claues ſuas: videlicꝫ titulos per quos aperitur ſenſus eorũ et intelligitur in cuius perſona cantatur quilibet pſalmus. an ĩ perſona chriſti. an in perſona eccleſie: an in ꝑſona prophete Collector A pleriſqꝫ vero doctoribus diuerſimode exponitur hic pſalmus. Nam Auguſtinus et Caſſiodorus exponũt ipm allegorice de domino noſtro. vt Beatus vir ſit chriſtus: qui non abijt in conſilio impiorum Augꝰ Sicut Adam qui conſenſit vxori decepte a ſerpente vt dei precepta preteriret. Et in via peccatorum Caſſio. Quia venit quidem in via peccatorum naſcendo ſicut peccatores. Sed non ſtetit quia cum non tenuit illecebra ſecularis. Et in cathedra peſtilentie non ſedit quia noluit regnũ terrenum cum ſuperbia Caſſiod. Vel quia poſteris non pernicioſe: ſꝫ ſalutaris doctrine exempla reliquit: qui totius mundi vulnera medicabili predicatione ſanauit Hiero. Iudei vero hunc pſalmum dictum eſſe exiſtimant de Ioſia: eo ꝙ ſolus inter prophanos reges non abierit in conſilio impiorum: ſed ſecutus ſit legem dei. Multi etiam vt Tertulianus in libro de ſpectaculis ac alij aſſerũt hũc pſalmum poſſe intelligi de Ioſeph ꝺ arimathia qui corpus domini ſepeliuit: eo ꝙ non abierit in conſilio iudeorum/ et in via peccatorum non ſtetit: et in cathedra phariſeorum non ſedit. tamen nos (quod illi ſpecialiter in illo interpretantur) generaliter in viro iuſto interpretemur. Iuxta igitur hunc ſenſum videlicet moralem: Hugo de ſancto victore Intẽtio ꝓphete eſt vt ꝯformet nos deo. Hoc aũt fit ꝑ virtutes q̃rũ finis ẽ btitudo